

*Num tibi, quæ mea sunt, mentis deposcis honores,  
Hos dudum, Deus hoc scit, dare jussit amor.  
Heroone jubes metra plena animare cothurno?  
Vix misera in vestros sufficiunt titulos.  
Nil superat nisi vota, at & hic quoq; nulla supersunt,  
Pro patria in te hoc consumsimus omne mea.*

---

**DAVIDI PREIBISIO**  
integerrimo Senatori.

**O**ptime Preibisi, quem nati amplector honore,  
(Sanguis amorq; meum te facit esse patrem)  
Cum tam sinceri & recti sis pectoris unus,  
Ut te istoc alii nomine mille probent,  
Integritas etiam mihi fato cesserit illa,  
Qua sola jure gloriior esse bonus,  
Candide agam tecum, quales nos esse jubemur,  
Et candor quales insitus esse facit:  
Tu majora tua cum simplicitate severa  
Prestas, quam cunctis lyncea turba dolis.

---

**CHRISTOPHORO STÆBER-**  
KEYL à Judiciis aulicis.

**S**Tæberkeyliades, quis dis autoribus ipsis  
Suppressa patria te superesse neget?

A V

TU